



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Provincia Francia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68850)

recreata opibus, internisq. Confessiones multarum
norum excepta. Totius vite vnus vno anno
quingenta.

PROVINCIA
FRANCIA



EDES nostrorū in Prouincia
cia septē: Socij quasi ducenti
quaginta tres. In Domo
Parisiensi viginti. In Collegio
de septuaginta. In Mustipontio
xaginta septem. In Viridunensibus
draginta duo. In Biturigenſi sex & viginti. In
cim in Niuernensi. In Augensi tredecim.
quod sane quam admirabile fuit calamitas
ſce temporibus, vnus. Societatem ingreſſi
quattuor.

DOMVS. PROFESSORVM. PARISIENSIS.

PROFESSORVM Domus Parisiensis
gnam erga se Dei clementiam prouidentem
experta est, cum in ea difficultate annonae, quae
iorem nullam meminere Parisienses, ea maxime
pestate, qua principes viri amici nostri extra
distinebantur bello, graui item grassante morbo
hil defuerit. ipsi ad vitā tuendam, nec e nostris

piam decesserit. Templi adificatio absoluta est, ipsiusq. altaria consecrata. Ad aram maximam conestendam insignis accessit ornatus, cum sacerdotis casula, Regina ipsius non donum modo, sed etiã opus. Ipsa porro Regina Sancti Ludouici festo ac sollempni die venit ad templum, Sanctamq. Eucharistiam de manu Fratris sui germani Cardinalis accepit. Inuisit etiam templum aliquando Regina mater cum Borbonio Cardinale, Regemq. Filium, qui tunc erat ad exercitum, vt Deo commendaremus, proprie atque enixe rogauit. Neque enim paruum, aut obscuram habet erga nos vtraque Regina propensionem voluntatis, nec minor est ciuium caritas & beneuolentia: ipsiq. vicissim a nobis adiuuantur. Cõplures enim aggressi sunt ad arcem pietatis excitandam, exercitiorũ ante spiritualium, generalisq. confessionis iacto fundamento. aris restitutiones facta & multa, & magna, siue propter pecuniam iniuste partam, siue propter Ecclesiastica beneficia male possessa: quæ etiam abdicarunt: nonnulli, quod fraude ad ea peruenissent, ceteri quod præter ius fasq. haberent multiplicia, leuata elemosynis permultorum paupertas, visitati ægri, instructiq. morientes, aditum ad orphanotrophia & carcerem: et vtrobique tum erudiendis animis, tum e peccatorum gurgite extrahendis, opera impensa. quin etiam eodem euentu profecuti nostri non paucos, qui agebantur ad mortem, quod tũ denique, vt faciant, rogantur a Iudicibus, cum vel magna est atrocitas supplicij, vel dignitas personæ: vt eorũ presentia afferre reis aliquid possit, vel ad firmitudi-

nem animi, vel ad solatium. Conciones habitae
 plis praecipuis, nec mediocres utilitates con-
 confessiones audita, & vniuersa quidem vita
 plurima: haec est enim omnium fere opinio &
 tum denique satis eorum fieri conscientia, cum
 nos confitentur. quam ob rem nonnemo septuaginta
 miliarium suscepit viam, vt audiretur a nostris
 quot fuere praeterea viri magna auctoritate
 Etrinae, qui libris cum abundarent ex eorum
 quos habere Catholicorum lege prohibebatur
 vel combusserunt ipsi, vel attulerunt nobis
 burendum. Nec vero nihil profectum cum de
 xu, seu declinatione queras a malo, seu in bonum
 uerantiam sed haec communia. illud fortasse pro
 quod Catechismus bis quothebdomadis in
 nostro explicatur, eo fructu studioque puerorum
 ad illud exemplum Episcopus in omnibus
 doceri iusserit: pueris nimirum puellisq. ex
 loco aduerso, sese inuicem interrogantibus. qua
 tionem probant mirifice Parisienses, in eaq.
 spem reponunt pietatis reuocanda, fideiq. re-
 da. Nec tamen in vrbe solum nostrorum
 spectata est, sed extra urbem pluribus in locis.
 dragesima enim, Aduentusq. tempore, exierunt
 Biturigas, Turonenses, Metas in Lotaringiam
 donas in Britanniam, vbi cogitatur de fundanda
 legio. quamquam idem quoque Turones metas
 & Lemouites, & aliae ciuitates Galliae nobis
 Misus est etiam sacerdos ille, qui Catechismus
 Bogentium (hoc nomen est oppidi in Aurelianensi

magno opere ciues ad Dei cultum excitauit, tum
quotidianis publicis comprecationibus, tum assidui-
tate introducta Sacramentorū, tum Catechismi vsu
ad pueros instituendos: qui auidissime exceptus, ne vl-
lo vquam tempore intercideret, descriptus scite
ac litterate, affixusq. est in templo, statutumq. vt sin-
gulis mensibus prima die Dominica, de eo publice
haberetur a pueris disputatio. multaq. eiusmodi in
eo oppido perfecta. Sed illud illustre. Archidiaconus
simultates habebat cum, fratris ne, an sororis, fi-
lio: itaq. se difficilem asperumq. in ea re præbebat,
vt eum ne dignaretur quidem aspectu. Inuitauit ad
prandium hunc nostrum, quem iam diximus Cate-
chisten. plenum erat conuiuium ac frequens: conue-
nerant enim alij etiam inuitati viri nobiles. Vescen-
tibus alijs, solus noster nondum explicato mantili,
cibum non capere. Quod cum esset animaduersum,
actumq. cum eo ab omnibus, vt comesset quicquid
esset appositum: Mihi vero, inquit ille, certum est tã-
diu ex hisce rebus nihil degustare, quoad in hac men-
sa Archidiaconi fratris filium non videbo. Demisit
hic vocem & oculos conuiuator Archidiaconus. Ve-
rum cum idem rogarent alij, ne conuiuus esset mole-
stus, non vetuit illum vocari: qui in patruī conspe-
ctum complexumq. cum venisset, quasi soluta nube
simultatis vtrinq. lacrimarum imber consecutus
est, index futura in posterum serenitatis. Iam ante-
quam discedo e Parisiensi Professorum Domo, illud
adscribam, quod erit, opinor, omnibus auditu iucun-
dissimum. Est in ea vicinia honestus vir quidam eta-
te pro-

te prouecta: cuius magna in primis erga Patrem
 ciscum Xauerium ueneratio: tum quod multa
 Etitate ipsius, fama & auditione cognouit: tum
 pter quoddam, quod habet in ore, acceptum ab
 neficium. Narrat enim uxorem sibi esse, cum
 adesset olim partus, nec ad pariendum satis effu-
 rium, eo ipso quo uita & mors distinguitur
 to, eam admonuit, Xauerium Patrem decessisse
 enim primum de eius obitu rumor percrebrerat
 rum sanctum, Deoq. acceptum: proinde eius
 Deum precibus meritisq. commendaret. Eo
 quod admonebatur: et inter mortuis uocibus
 ne Xaueri, inquit, fer opem mihi. Hoc dicto, uer-
 ram, fetum incolumem incolumis puerpera cibus

COLLEGIUM. PARIENSE

PARIENSE Collegium prater
 quas secum affert utilitates cura infir-
 iuuentutis, non dimittit etiã ea officia, quae Pro-
 rum Domui magis propria uidentur. Nam
 his primum dicam) non adolescentes modo, qui
 ueniunt, siue ij sint de Conuictorum familia,
 Seminario Regio, siue in Sodalitatem Dei Mem-
 scripti (de quibus postea) sed & alij promissum
 quentant Collegij adem, ut per sacram confessionem
 noxas expiant, & per Eucharistiam Deo reconcili-
 tur. nec defuere nonnulli, qui falsarum exu-
 opinionum, rectissimã mentem induerunt. uenit
 ad salutem, quam desperauerat quidam, prope

gicæ artis, qua infernas umbras carminibus eliciebat, usum, Christianis legibus interdictum: alter, a consciscenda sibi morte deterritus: alius cū esset vi morbi, mente non satis valida, sic vi se diceret iam mortuum, & Gehennæ ignibus additū, omnemq. aspernaretur animi corporisq. medicinam, ad confessionē allectus, & in utroque homine persanatus est. Fugitiuus quidam Maurus natione, mādatu Episcopi apud nos rite premunitus, Christiana sacra suscepit. Unus item atque alter non iisdem temporibus, cum dānatos sceleris eam pœnam sequi oporteret, vt laqueo vitam finirent: et si obduruerant primo, vt neminem audire vellent: paulatim tamen, ne soluta corporis naue facerent animæ naufragiū, subremigantibus nostris, ac leni obsecundante aura Spiritus, in Pœnitentiæ portū se contulere. Impeditæ beneficiorum Ecclesiasticorū nundinationes, & iniquæ permutationes permultæ. Magnus eorum numerus, qui ad nos exercitationum causa spiritualium adueniunt, e quibus vnus ad Societatem animam adiecit: maior quam vt commode exequi possim, eorū qui generalis causa confessionis. Denique, vt hoc primum absolua, quibus in rebus opera posita est ab Professorum Domo, in iisdem est ab Collegio quoque pro virili parte laboratum. hoc fortasse studiosius, quod duobus in Lotaringia Collegijs, pestis metu belliq. labentibus, tam multi conueniunt, vt explerint numerum centenarium. Ad hæc, addita est illa, quæ est Collegij propria, scholarū, & quidem bis senarum, procuratio. in illis quippe Theologia & Philosophia explicatur a magistris
ternis

ternis: in his posterioribus, adolescentuli in
 maticæ studijs, atque Humanitatis versantur.
 que anno e gymnasiij umbraculis, producta do-
 toribus in Solem ac dimicationem, ex Divina
 manaq. Sapientia problemata nonnulla: esse
 spectata & probata magno theatro eruditissimorum
 uirorum hominumq. perillustrum. Quod ipsam
 vt magna sint nostri apud omnes opinione debet
 & hereticis oculi doleant: excidant etiam vni-
 mos est iratorum; quæ sunt nostra cum laude
 eta. Illorum quidem insipiens doctor, & forte
 vt sibi videtur, in disputando, Beza, hæc in-
 parum vidit aliquando, cum apud suos in
 quodam familiari testatus est (Balaamum
 dices) nulla se in Francia vitæ Christianæ
 gritatis vestigia, nisi in Iesuitis intueri. et
 quidam interdum nescio vnde extracti, qui
 imminuant aliquid de nostra existimatione,
 crescere arbitratur. Ex horum numero fuit
 adolescentulos docebat mercede. Hic multis
 vt fit, propositis veluti edictis, professus est se
 tam diem suarum initio scholarum, quid sent-
 ijs, qui nomen Iesu profitentur, esse dictum
 nuit hominē Gymnastarcha, et Prætor vrbis
 deret, quid ageret, ne se in periculum, quod
 te conijceret. nihilo sanior ille, hæbat in propo-
 Dicta die cathedram conscendit pleno auditorio
 gnaq. multorum expectatione. sed tamen cum
 letum quoddam suum, iamq. vsu contritum
 casset exordium, progredi noluit ulterius, pro-

quod a
 posset
 batur)
 abiecit
 tur or
 adeo in
 iunus.
 dant o
 ad rem
 ipsius
 mortu
 aliqua
 cipes e
 vener
 eo præ
 posita
 cis ex
 tæ V in
 virtut
 et præ
 honor
 sit: tan
 animi
 ipsam
 teras
 stiten
 narit.
 lute c
 tia, &
 fidem

quod de qua re statuerat, ea de re verba facere non
posset: cum indictum sibi metueret (ita enim loque-
batur) a Prætoris silentium. Quod cum fracto animo
abiectoq. exposuisset, tantus cum fremitu risus dici-
tur ortus, ut cum irrisione etiam tacere cogeretur.
adeo inflatus visus est in pollicendo, & in dicendo ie-
iunus. Mille quingenti sunt, & plus eo, qui nobis
dant operam, & plerique e Gallie primoribus: quã
ad rem non minimũ momentum attulit, tum Regina
ipsius frater germanus, tum etiam Caroli Regis præ-
mortui filius, quem ut discentem videret cum alijs
aliquando, Regina Mater accessit. quamquam Prin-
cipes etiam viri et Cardinales ad Collegium persæpe
venerunt, ut & gymnasium inuiserent, & Sacellum,
eo præsertim tempore, quo Eucharistia propalam pro-
posita, piacularis supplicatio instituta est Divinæ pa-
cis exposcendæ. Sed ut veniam ad Sodalitatem Bea-
tæ Virginis dicatam: ea nunc stat ijs adolescentibus ac
virtutibus, ut in calum multorum laudibus feratur,
et præclarum sane extat testimonium viri nobilis &
honorati, cuius filius qui vnus erat e sodalibus dece-
sit: tanta cum ægrotaret, & cum moreretur, æquitate
animi, & significatione pietatis, ut eius pater, illam
ipsam, quam perceperat in luctu voluptatem, per lit-
teras cum sodalium Præfecto communicarit: super-
stitemq. alterum, quem habet filium Societati desti-
narit. Neque vero sodales sunt sua tantum ipsorum sa-
lute contenti, habent proximam aliorum. ea prudentia,
& dexteritate, ut ab vno eorum iam duobus ad
fidem traductis, eadem in alijs traducendis opera po-
natur.

natur. Adhuc suam illam retinent ad coercen-
dines animi aptissimam castigationem corporis
in pauperes liberalitatem. etsi multos cōper-
militar ex ijs, qui celebrant nostrum gymnasium
hac inopia & fame, de qua diximus, voluntate
bi indixisse ieiunium, ut quem sibi deducebant
de quotidiano demenso, ille ad alendos miser-
tesq. transmitteretur. ex Congregatione por-
nimum decem, varijs religiosorum familijs se-
derunt, vt alijs soluti rebus omnibus, Deo des-
eorum ad nos etiam aliqua particula peruenire
fit, cum rixa, ac pane iurgijs parentum. Verum
pauca narrentur. Receptus erat adolescens pa-
uito, atque ita indignante, vt rē iudicio exper-
let. Hoc dum molitur, expertus est iudicium
Dei: qui enim natum foris vnum a nobis re-
alterum domi amisit, nec opina morte pra-
Alterum eadem vrbat cura adolescentem
res inibi esset vt conficeretur, euocatur a patre
morbo laborabat. obtemperat filius vocanti
multo post consilium aperit: exardescit hac
uehementius pater, quam febris ingeminat pre-
lescens: ille perstare in recusando: adhibetur
parochus ad confessionem: post quam, hominem
net, vt nato se exorabilem praebeat, ne Sancto
spiritui obsistat. Mira res: vbi ad leniorem
flecti cæptus pater, eodem pane momento leni-
factus morbus: ita vt breui conualesceret. Cui
alius quidam e Conuictorum contubernio, cum
Iosephum celebrem scriptorem belli Iudaici
relictur

rum ter
persepe
excitat
rem cui
quem c
muel r
tuus] v
adeo in
lum &
tionibu
quente
qua. It
sus rel
missa d

CO

M
nonger
ex qu
ostend
tor, v
ferent
praop
opera
tatem
moru

relictum ab Angelis, quod tuebantur Hierosolymorum templum, diu in ea cogitatione defixus, visus est per sepe media noctis silentio audire vocem, quæ eum excitabat. Surge, eamus hinc, iam tempus est. quam rem cum aperuisset aliquando anxius sacerdoti, apud quem confitebatur, eiusque admonitu, alter veluti Samuel respondisset [Loquere domine, quia audit seruus tuus] vocem quidem nullam præterea audiuit, sed se adeo immutatum animo sensit, ut aliud nihil, nisi cælum & cælestia cogitaret. Perpolitus deinde institutionibus spiritualibus, videbatur audire identidem loquentem in aurem [Qui non odit patrem] nostris reliqua. Itaque relictis rebus omnibus, nostramque ingressus religionem, fecisse se re ipsa ostendit, quæ vox illa missa diuinitus imperauit.

COLLEGIUM. MVSSIPONTANUM.

MVSSIPONTI idem qui Parisijs scholarum numerus, discipuli pauciores, videlicet nongenti. quorum nunc est maior industria & pietas, ex quo Pontifex Maximus transmissa huc diplomate ostendit sibi placere, ut qui nostri esset Collegij Rector, vniuersa idem esset Academia moderator: ægre ferentibus licet quibusdam, qui discessum ab vrbe præoptauerunt disciplinæ. ergo his, qui superfuerunt, opera impenditur: nec sane inutilis. septem in Societatem admissi: quindecim ab hæresi reuocati: plurimorum totius antea vitæ confessiones exceptæ.

Vnus

Unus ex his fuit, cuius cum pudicitia proax
 precibus primum muneribusq. dein blanditijs
 criminis oppugnaret, nec delentis donis, nec
 Etus illecebris, omnes hostiles machinas
 tissime refutavit. Ita prætulit voluptati
 Ad quam alter quidam haud paulo deterore
 excitatus est: quod vidisset se in quiete a dæmo
 lecto deturbari, mox in orbem circumuoluit, et
 nihilum redigi, qua quidē re perterritus, ad
 amico, cui somnium narrauerat, nihil prius
 quam ut confessione una se eximeret ab culpa
 scelerum, quæ admississet in uita. Melior spectat
 Et dormienti alteri, qui cū ancipiti distraheret
 filio, daret ne Societati nomen, ad quam se
 impelli, an opimo Ecclesiastico beneficio,
 offerebatur, opitulatum iret suis, uidit inueni
 mia dignitate oris (Angelum credidit) a quo
 dubitans castigatus est, deinde uero ita conu
 in meliore proposito, ut omnis recusatio fuerit
 pta. ea scilicet fuerunt dormientium somnia
 duo, quæ sequuntur, uisa uigilantium. Mag
 natu mulier, morbisq. confecta iam in exitu
 quam cum laude traduxerat. Parat se ad ext
 certamen Ecclesiæ Sacramentis: adest subito
 hostium caterua excita ab inferis, quos a se
 Et itabat nullo trepidationis signo dato: quod
 bus munita armis, sub umbra Diuini lateret
 itaque omnis illa monstrorum turba, cum h
 ludibrio, euanuit. Quod & fratri cuidam narra
 dit, qui cum iter faceret cum comite externo
 proximo
 presis
 Etos ful
 bat igit
 conspic
 rare cog
 procul i
 rum, qu
 lution
 num ac
 e cera
 ra: quæ
 troceder
 go prox
 nec mir
 terum.
 tum, d
 xerat, u
 mituq. e
 quã nisi
 e nostris
 Deo ben
 to post
 ditaq. li
 propter
 accepiss
 tia in al
 quartan
 bet enim
 ret sibi

proximum pagum diuenteretur, & nox euntes oppressisset, narrat a se sex septem cacodamonas aspectos fuliginosæ in speciem caliginis, cui ater sublucebat ignis, forma molossorum, quales sæpe in ijs locis conspici dicuntur uiantibus nocturno tēpore, ut aberrare cogantur. Gnarum id fratri. itaque hæc spectra procul intuitus, confestim sacrā resticulam globulorum, quibus Orationem Dominicam Angelicamq. Salutationem distinguere & numerare solitus, in manum accipit: dat alteri pyxidulam, in qua aliquot e cera consecrata agni cælestis imagines: nec mora: quæ ferarum simulacra contra ferebantur, retrocedere uisa, dum tandem ad fluuium, qui erat pagus proximus, apparere desierunt. Magna hæc sunt, nec miraculis absimilia: quemadmodum & illud alterum. Agebat puella octauum annum, sed iam quartum, deuotionibus, ut ferebatur, obstricta, ita duxerat, ut nihil eloquēs intelligēter, assiduo singultu gemituq. e materno pēdens collo, nō auditu minus esset, quā uisu miserabilis. hanc exorcisando sacerdos unus e nostris, cibosq. ei apponēdo, quibus ipse benedixerat, Deo bene iuuante, eo rem deduxit, ut ea non ita multo post uegeto corpore perrexerit ad templum, expeditaq. lingua, apud sacerdotem, Deo, ipsiq. sacerdoti propter Deum, gratias egerit, a quo se beneficium accepisse letabatur. Nec minor spectata Dei clemētia in altera puella, quæ cum per duos annos recidua quartana laborasset, rogassetq. e nostris unum (habet enim domum nostris ædibus proximam) an alligaret sibi ad collum amuleti ratione quasdam preca-

Z tiones

tiones vite descriptas, illudq; responsum ab ipso
 prestare coram Sanctissimo Sacramento, ubi
 verus est medicus, procumbentem orare, ut si
 hoc ad ipsius Dei gloriam, reciperet sanitatem:
 sei q. quod iussa fuerat, in ipso horrore, incipiens
 bre, ita se alleuatam sensit, ut ex incommoda illa
 tudine penitus emergerit. Ceterum ad templi orna-
 bina accesserunt candelabra ex argento magno
 deris, binæq. hamulæ eiusdem materia, cum sacra-
 tis planeta serica, argentoq. intertexta: viri cuius
 dono, qui ea cum ad nos misisset, nomen suum
 voluit. Additum est etiam non parum ad frequen-
 Serenissimæ Ducis Braunsuicensis exemplo: qui
 iam confiteatur nostris in omnium conspectu, quod
 fuit ceteris illustrissimis feminis idem præstanti-
 antea pudore impediebantur. Nec sua uiris uir-
 aut pietatis gloria defuit: e quibus vni persuasum
 abijceret consilium cædis, quam inimico moliret.
 Alter vero, qui alias aliud nihil dicebat esse dæ-
 mone, quærenti cuidam an æquo esset animo
 rus iniurias, si sibi imponerentur: Ego vero, non
 propter Deum non æquo tantum, sed libenti etiam
 ferrem. Sic Deus immutare solet hominum volun-
 tes. Quod & factum in mercatore Scotico, eodem
 hæresi corrupto: qui cum huc venisset agrotus. Sa-
 corum opera alumnorum, qui versantur in Sen-
 rio, nostrorumq. hortatu hæresim eiuravit, mori-
 nitus Sacramentis, inter recitandam orationem
 nicam, animam Deo reddidit. Denique in latrone
 li: qui damnatus capitis, cū ageretur in rotam, Cui

fixi memoria, suorumq. recordatione peccatorum, quorum poenas luebat, ita obfirmauerat animum, ut ad singulos ictus IESV nomen usurpans, superante pietate dolores, in acerbissima morte, letantis speciem praeberit. Atque hæc in vrbe Mussiponti. unde, quoniam timore belli, hostiumq. aduentu discedere coacti sumus, nostrarū operarum labor in uaria oppida castellaq. (ea suere plus duodecim) manauit. Longum esset nunc omnia persequi: ibitur per capita. Hæretici, quorum Ministri, imperitiæ (ut videbatur) conscientia, nostrorum vitauerant colloquium, ducuntur circiter ac septuaginta ad fidem conuersi. auditæ confessiones plurimorum: pax inter multos composita: adiuti morientes, et qui traherentur ad supplicium: tradita pueris elemēta religionis: multa denique præstita non in rem modo præsentem, sed in spem etiam futuri temporis utilia. Quibus effectum, Deo iuuantem, ut ille secessus, qui fuit propemodum necessarius, hisce populis, quo nostri commigrarunt ad tempus, optabilis fuisse videatur.

COLLEGIVM. VIRIDVNENSE

VIRIDVNI illustravit nostrorum caritatem annonæ caritas, qua, ea est in vrbe laboratum: nam & centenos vicenos diebus singulis cibo sustentabant, & cum Cardinalis Vademontanus ac Viridunensis Episcopus ad portas confluentibus turbis, panem, vinum, opsonium apportari quotidie iuberent: quorum corpora reficiebantur, eorum expolien-

dis animis expiandisq. operam ponebant. Cogitantes
 famem, ut sit plerumque, morborum contagio-
 strorum quoque hoc tempore cura desiderata
 et suus constitit labori fructus ac solatiū. multos
 decedentibus, nonnullis ab ipsa statim confestim
 bri liberatis. etsi Cardinalis beneficentia propo-
 dum Rege digna, non vrbanis contenta terminata
 latius explicauit. in singulis enim oppidis ditius
 certos constituit viros, qui cibaria distribuerent
 peribus: ne aliunde petere cogerentur. Accidit
 res priuatos etiam homines: ex his multos, qui
 studio perfectioris templum nostrum frequenter
 Itaque potentiores alij per trimestre spatium di-
 lia pauperum publice aluerunt: tenuiores alij
 ope non poterant, in inuisendis agrotis, eisq. cura
 assiduitate prestabant. Quibus in muneribus, ve-
 niam ita emicuit virtus trium feminarum, vnde
 derint fere priscas illas mulieres, quae vires ac
 tates suas in pauperum salute consumpserunt.
 ab re fuerit, de ijs aliquid in has litteras referre.
 rum per se vnaqueque officia exercebat carita-
 tum in omnes, tum in muliebrem praecipue
 qui erat coniunctior similitudine, et periculo pro-
 ita sarcientes in alijs pudicitiae naufragium, de-
 quentes aliarum naues a scopulis, ne frangerentur
 apud se primo in portum recipiebant: postmodum
 ro, uel pijs commendabant matronis & nobilibus
 conquisitis eleemosynis, in matrimonio collocabant
 nulli pauperi, nulli agrotanti fides earum (quod
 uires ac pudor patiebantur) nulli opera defuit.

res familiaris. Quamquam, Deo providente, fiebat, ut
etsi seorsum in eodem opere singula laborabāt, unius
tamen opera maxime enitesceret. quæ ubi quasi de-
functa esset cursu, in eodem curriculo, ardentem eam-
dem facem alteri dabat. Ea quæ primæ successit, vi-
rum habebat pudicum & pium: sic ut post prolem su-
ceptam, mutuo consensu obstrinxerint se voto castita-
tis: quod per nouem ipsos annos, ut unam celarent an-
cillam (neque enim erant amplissimis copijs) in eo-
dem lecto cubabant. similem igitur continentia dedit
eis Deus in pauperes uoluntatem. Constiterat inter
ipsos, ut neminem, qui ad fores accederet stipem qua-
eritans, inanem abire paterentur. De quo proposito, cū
sacerdos e nostris pro eorum tenuitate remittendum
putaret aliquid causa filiorum, respondit uir præsen-
tissimo animo: Præstat nostram omnem quantulamcumque
distrabi supellectilem, quam Christum fame confici.
Mirum quiddam de ijs narratur, quod ego acceptum
e capitibus, quæ transmissa sunt, cum fide representa-
bo. Die quodam cum iam ad uesperasceret, ad eos mē-
dicus quidam magna oris modestia et morum probita-
te diuertit. quem cum sueta illa sua erga pauperes libe-
ralitate excepissent, deinde in interiorem seduxissent
partem adium, ut ibi pernoctaret: obserato ostio, ne
cuiquam ad eum pateret aditus, neque uero abitus il-
li, ipsis nescientibus: mane postridie ubi ad conclaue
uenerunt, ut eum educerent, si ita uideretur, neminem
intus repperunt. an quia mendicorum parens, men-
dici speciem sumpserat, ut eo indicio se quoque cum
tam multi exciperentur pauperes, hospitio declara-

ret exceptum. Aliud aque mirabile eidem m
 perhibent contigisse: vt vni cuidam, quem p
 magnitudine vox pariter et spiritus defecerat, ad
 preces, visus redire. & oratio: ne sine salutari
 sione moreretur. Hanc ergo cum vocasset etiam
 ad premium, totum onus in tertiam incubuit: quod
 simile officium, virginitatis afferens ornamentum
 hoc studiosius versatur in opere, quo in vnum
 omnis cura contrahitur. Huic etiam fama est se
 lisse Christum forma pauperis, domiq. acceptum
 ni desisse: eodē profus modo, quo alteri: vt aqua
 dignaretur beneficio, quæ eum pari venerat
 obsequio. Nox autem illa consecuta erat diem
 virgo hospitalissima binos erogauerat aureos
 nomine, quod pauperem hospitata quemdam
 misisset contra presentem legem, quæ (ea s
 tempestate, qua vulgabatur morbi, vt cives
 seruarentur incolumes) e conuenis quemcumq.
 hospitio excipi prohibebat. Hæc eadem virgo
 ter meditationes rerum Diuinarum, quibus
 tribuit binas horas aut ternas, abstrahitur a
 su mentis, & habet saepe in suis actionibus
 nem infestum. Hæc vnum aliquando inuenit
 extremo spiritu nihil pro sano loquentem suis
 bus a Deo impetrauit, vt ad se reuertens, p
 ta confiteretur. Et recte. Vsu enim compertum
 non elui tantum animorum maculas Penitentia
 te, sed ex eo interdum effluere aliquid, quod eg
 tiones corporis abstergat. Id probatū est adhuc
 duobus vel tribus exemplis. Etenim mulieres
 altera

altera diutino morbo, qui humanis nullis artibus, nulla magistra arte vincebatur: altera difficultate spirandi (asthma Medici appellant) usque eo contumaci, ut sono vocis, atque anhelatione, motuque totius corporis energumenam referret: post confessionem ita alienari coepit, ut videretur illis Deus (id quod re vera fuit) fecisse medicinam. vir denique vnus, qui graui impeditus egestate, tricisq. liuum, quarum erat insolens afficiebatur errore mentis, ob id praecipue, quod nocturnam exaudiebat ex occulto vocem, per alternas vices nunc surgere iubentis e lectulo, nunc rursus ioculari quadam & desultoria leuitate reuocantis iussa, & surgere prohibentis: sic ut attornito similis trepidusq. ad omnia, suam ipse umbram timeret. Huic igitur viro, postquam facta confessione exoluit peccatorum vinculis conscientiam, eodem tempore omnis sollicitudo & inopia consilij: inuisa illa & importuna vox: timor denique omnis abcessit. Quid enim puram mentem atque integram terreat? quae nullam, quoad eius fieri possit, in suo sinu ac recessu, non modo culpam, quin aperiat, sed ne cogitationem quidem rei illicita paulo morosiore habere patiatur? Atque hoc est alterum ex ijs, quod haereticum quemdam Geneuesem, qui huc se cum vxore receperat, ad sanitatem conuertit. Quamquam hoc ipsum paulo altius repetendum. Ministrum hic agebat Geneva, inductusq. ab alijs, imponebat populo, cecus ad omnia, et quid ageret ignarus: imperitia enim peccabat ipse, nec erat qui regere posset. Itaque cum, Deo aspirante, paulisper aperuisset oculos, offensus

primum insolentia hominum, & impotentia iram
 quibus flagrant haretici qui ostentant sapientiam
 quando vident plebem minus obsequentem & re-
 sam in scelera, quã ipsi vellent: admiratus deinde
 therianorum contentiones Calvinistarumq; inter
 nullo sine dissidentium: pertasus denique incertus
 eorum doctrina, Viridunum cum vxore comitatus
 nit, incertus veritatis, sed cupidus sciendæ. Dat
 blico diuersorio ad Patrem Rectorem litteras, in
 bus causam exponit aduentus. Accedit Rector,
 mane complectitur hominem, benigneq; alloquitur,
 atque erigit in spem salutis. surrexit eius vix
 ma, peruenitq; ad aures Cardinalis, qui vt res
 eiusmodi omnia attentissimus, uxore eius puic
 dam commendata femina, virum ad nos in Colo
 deduci iubet. vbi per dies viginti edoctus atque
 tutus, duo sibi dictabat præcipue, in illa quasi
 luce, admirabilia videri: alterum, quod e Sancti
 monumentis Patrum, quæ sibi peruolutanda
 bantur, didicisset, Catholicam religionem iisdem
 quibus inædificata fuerat, stare fundamentis: alio
 quod ad obrussam noni decimiq; præcepti, exigent
 castitas animi omnino singularis: cum oportet
 solum intactum corpus libidine, sed etiam oculor
 bere continentes. quam rem vtramque Genener
 magistelli ita eludunt atque effugiunt, vt eam
 artificio conentur vel dissimulatione tegere, vel
 citurnitate celare. Adductus est, Deo propitio, ad
 rum ritum cultumq; religionis, incredibili cum
 luptate Cardinalis, qui tamen Cardinalis (vt est)

gna fragilitas & imbecillitas humani generis) pau-
cis post an diebus an mensibus, diem obiit extremū:
tanto nostri cum marore Collegij, quantum summa
eius erga nos benevolentia postulabat: etsi eximia
eius virtus certissimum hoc attulit solatium, quod
spe deducimur ad eam cogitationem, vt (Deo nimi-
rum duce atque auctore) Illustrissimo Carolo a Lotar-
ingia Vademontano Cardinali suprema vita fuerit
ad calum via, vbi Beati sempiterno auro fruuntur. Eo-
dem prorsus anno excesserat Antonius eius frater
non minus pietate, quam cognatione germanus: qui
per Lotaringiorū decurrens vestigia, fratri pracesse-
rat minor, vt maiori locū pararet. Quid ni enim de An-
tonio quoque sperare optima debeamus: qui, vel quia
cum quartumdecimum ageret annum, non se immer-
serat rebus terrestribus, vel quia in illa sese atatula
ad imitationem caelestium erexerat, in calum videtur
euolasse? Ipse quidem pridie quam abiret, videre se
dixit columbam candoris eximij, cuius aspectu ita læ-
tatus est, vt de ea loquens assidue, faceret omnes par-
ticipes latitiæ suæ. Horum propterea germanorum
narrata est mors gemina, quod cum vterque no-
stra esset Societatis studiosissimus, atque alumnus di-
scipline, quibus vsi sunt doctoribus in vita, eosdem
habere quasi deductores in morte voluerunt. Obiit
etiam sacerdos vnus e nostris septimodecimo post
anno ab ingressu, vir spiritu feruens, deq. suis virtu-
tibus sentiens humiliter: qui in supremis nihil aliud
fere habebat in ore, nisi quam re ipsa semper ostende-
rat, quaq. salua, nihil esse assueverabat cuiquam e no-
stris

stris in morte desperandum, parendi diligentem
 videlicet cum cupiditate salutis proximorum, con-
 ti sunt alij ex eod. m Collegio. Quoniam enim ier-
 mis & apparatus bellico strepebant omnia, nec
 cul aberat hostis instructus, tabesq serpebat
 longius, qua fœdabat co. pora : nisi est ut defici-
 ne quaeretur fuga periculorum . Itaque Qu-
 Lutetiam profectis, reliqui, terni quaterni dilapsi
 atque alio, ijs apud quos uersantur, pro tempore
 spiritualia reddentes, tantam collegerunt capi-
 nes existimationem, ut Menechildenses, Catala-
 ses, Rhemenses quasi certum datum illis esse
 tandi, non commorandi diuersorium, in quo
 eos ab se discedere patiantur.

COLLEGIVM. BITVRIGEN

NEC MINOR Biturigibus, quam V-
 morborum lues, & frugum inopia fuit
 nostrorum studium in formandis hominum animis
 uendisq. corporibus. Primum enim cautum
 qui de suo non possent, viuerent de alieno: & quod
 nulla erat domus, per alienas tribuerentur. Nos
 nobis viginti capita & plus eo obtigerant. Sed
 Sed cum ne hac quidem ratione (confluente
 in dies multitudine e vicinis locis) satisfieri
 posset, ne receptis in urbem alijs, alijs se querentibus
 exclusos: parari placuit passim cibaria, afferri
 omnes portas, vt conferti pauperes vescerentur.
 cum glisceret quotidie pestis, vulgoq. multi mor-
 rentur

ventur, nec nostra intacta esset morbo vicinia, intermissis scholis, clausoq. templo, ad mensam cessimus, extra urbem tutiora quarentes. Quo tempore (momento enim nostrorum absentiam sensere mendici) tantus ad nos concursus factus est, quaerantium cibos, & quiritantium, ut illud fere vnum per fugium paupertas haberet. urbs interea desiderium nostri ferre non potuit. itaque reuocati nos: & schola superiores eodem tempore restituta: inferiores paulo serius: auditores omnino quadringenti. elucet pietas omnium, eorum magis, qui ex Patris Ignatii exercitiorum libro, quasi ex silice, abstrusa Diuini ignis semina extundentes, susceperunt ignem pectoribus, ut magis ardescerent. Deuouerunt se Deo in varias abditi religiosorum virorum familias ex horum numero sex: quatuor in nostram. Absterriti permulti ab esu carnis non legitimo. Non pauci pueri a Libertinis, ut vocant, parentibus, Quadragesimae tempore nulla ratione adduci potuerunt, ut carnes attingerent. libri complures Catholicis prohibiti sanctionibus, incensi. restincta multorum inimicitia, & cupiditates, seu lucri, seu libidinum, iniusta. Excitati beneficiarii clerici ad statas preces Deo persoluendas. Nonnulli, quod id facere neglexissent, damnati pecunia inopia subleuanda. suus enim apparuit a confessionibus & a concionibus fructus, ea maxime tempestate, qua promulgatum erat ab Rege edictum de haereticis, qui ad Ecclesiam redire nollent, e Regno pellendis. Eorum porro, qui respicerent, suscipiendorum cura, mandatu Archiepiscopi & Patriarchae Biturigenensis commissa est tribus sacerdotibus

cerdotibus nostris, urbana vni, Prouincialis, vnde
dicam, duobus. offensi his de causis aduersarij, quod
Catholica religio per nos stare uideretur: ut patet
coniuratione, quam inierant scelesti quidam homines
ac perditii prodendæ urbis, compertum sit nostris
domum inter primas designatam irruptioni præparatam
Itum est igitur ad Sacrum Cæsaris (nomen est
tatis ad Ligerim) eodemq. tempore ab altero
dunum. et utrobique reducti multi errantes ad
fili gregem. nauata suprema opera morientibus
Etrina Christiana tradita pueris & rudioribus
menta. Dierum sacrorum & negotiosorum ratio
a plerisque contemnebatur, explicata diligenter
Impacta securis siue iniqua, siue superstitiosa
tudinini non uni, quæ a uetustate robur acceperat
quædam erat, qua per Epiphaniarum ferias car
tes per urbem Clerici, et obuium quemque uer
tes, referebāt Lupercos. Nihil denique præter
quod pertineat vel ad falsam religionem euentus
vel ad veram restituendam: adiuuante nimirum
consilia nostrorum, cuius ad laudem eorum
omnia factaq. referuntur.

COLLEGIVM. NIVERNENSIS

IAM VERO quæ de Nierno scribentur,
partim erunt vrbi propria, partim illi cum
morum oppidis communia: etsi de his quoque
xentur paucula separatim. Propria igitur hæc
scopus, quæ eius est humanitas, nostros amare præ
eorum

eorumq. vti opera in populo instituendo. clara itidem civium erga nos benevolentia: enituit autem superiore anno illustrius, quod Collegij nostri reditus, quantum vellemus, auxerunt: non denegaturi dare plura, si rogati essent. Ceterum in subleuandis fontibus, cum persoluerent supplicia, vtilis visus sumus. Discipuli in quinque distributi classes, circiter quadringenti. Magna eorum virtus & industria: hoc precipue tempore, quo addita Sodalitate Sanctissimæ Matris Dei, ingens ad pietatem stimulus accessit. Duo e sodalibus quasi primitiæ sese Deo in Cœnobijs consecrarunt. Aditum nosocomium & publicus carcer: e quo cum se mulier quædam instinctu dæmonis coniecisset in puteum, & interim de more salutari impressione signi frontem armasset, IESVM implorans, nihil offendit: cum tamen inde extracta vexaretur a diabolo, aduocatus ad eam sacerdos, asperzione lustralis aquæ, & confessione excepta liberavit mulierem ab alienatæ mentis errore, & in integrum restituit. Idem alterius fuit mulieris euentus: quæ a puerperio inciderat in morbum, deplorata spe salutis. Itaque ab ipsis desperationis notis accersitus noster cum reperisset iam voce defectam, applicat ori illius Crucem, in qua erant incluse Sanctorum aliquot reliquiæ, & Sanctissimæ Crucis frustillum: procumbere hortatur adstantes: tum flexis etiam ipse genibus præit voce, inuocans singillatim e libro, Beatorum ordines: eius orationem subsequuntur preces aliorum: hoc officio vix peractò, redit vox moribundæ, Deo gratias agit, ac paucis post diebus belle habuit. Neque

que

que vero Niverno pestilentia pepercit, aut
 Huic vt occurreretur, ostiatim diuisi pauperes
 quod cum satis non esset, antiquum suum obtine-
 morem, Antistes, & Dux vterque, vir & vix
 enim in vrbe, hi vero in pagis oppidisq. vicini-
 gam pecuniã distribuendam egētibus curarunt.
 posterior annus maxime grauis pestilentia: acci-
 runt ex cali intemperie alia genera morborum
 nonnullis sane intemperie quedam, quibus in
 rem agebantur: sic vt asseuerarent se destinatos
 nis Inferorũ cruciatibus: illudq. immutabile tem-
 tum reuocari non posse. itaque fuit in his dedecus
 omni ratione pugnandum. Atque his duabus
 sis, pestis nempe, & famis, factum est, vt alijs
 missis, nostrorum numerus in vrbe fuerit minor
 igitur palantur, duobus accidit quiddam vitium
 neque reticendum. Mittebantur certum in locum
 qui videbatur salubrior. vitabant de industria
 militarem, quod esset suspecta. Quærentes igitur
 uerticula, productoque itinere, nox simul & in-
 fædissimus inuasit. Incerti quid agant, quam
 viam, cum omnia deuia peruiaq. eodem numero
 berentur, destituti humana ope, ad Diuinam
 ad **MARIA M** Stellam ducemq. errantes
 confugiunt. nec fefellit. statim lux visa intendit
 ruit viam. nec paulo post, Crucem conspicatam
 inde templum, adesq. vicinas, vbi comiter ex-
 Illa ergo propria vrbis. Communia illi cum
 bijs, nec satis distincta, hæc. Auditi quamplurimi
 qui in vnã redegerunt confessionem quicquid

omni uita deliquissent. Difficile est summam subducere. vnus certe audiit centum: ut ex eo facilis sit coniectura reliquorum. qui ab hæresi se receperunt, triginta numerantur. Ergo hæc communia. De his iam paucis quæ sequentur, nihil urbs sibi decerpit. *Varia*, ut indicauimus, sunt percursa oppida in hoc nostrorum quasi discidio in his duo hæreticorum templa expiata: instaurata purgataq. quattuor idem cogitabatur de quattuordecim: iamq. cum fabris de pretio conuenerat. Sed annonæ caritas pecuniam interuertit. ascita in plerisque cōsuetudo, ut quater anno Confessionis & Communionis Sacramenta reptantur.

COLLEGIUM. AVGENSE

TRIPARTITA erit eorum narratio, quæ *Augia* nostris, vel eorum suasu ab alijs, ad Dei laudem & honorem gesta esse memorabuntur. Vno namque & eodem tempore est & cum fame, & cum peste, & cum morum corruptela pugnatum. ergo de ijs singillatim: et, quantum fieri poterit, breuissime. ac primum de fame. Consultum est egestate perditis, quorum in hac inopia magna copia fuit. In Collegio quidem nostro quinto quoque die, minimum ducentis tribuebantur alimenta. In reliqua vrbe habitatio est, vt singulis singulæ diuitiorum domus pateret. Habitæ frequentes supplicationes pluuiæ eliciendæ in sicciatate maxima: easq. Deo acceptas fuisse, effusus imber largissimus declarauit. Quo tempore sacerdos
e nostris

e nostris pro concione cum multa dixisset de
 erga pauperes, postridie eius diei Augenses
 reorum collectam, non paruum paupertatis
 attulerunt. Difficilior autē pestis fuit: quo
 ijs vitæ certius, qui opem ferebant. et tamen
 obseruarunt ciues, & adhuc mirantur, cum
 scue ad omnes nostri se conferrent, res metu
 quam periculo fuit. neminem vis morbi extim
 ne tentauit quidem. eorum exemplum secuti
 quot, & mulieres piæ: e quibus est peius
 nemo captus. Est in hac vrbe Sodalitium, cuius
 fessio suscipit cadauerum procurationem, qui
 sedulo faciunt sodales, neminem lædi per
 sit Catholicus. hoc propterea additum, quia
 idem officium intrussissent Derpenses quidam
 tici, dederunt pœnas temeritatis suæ. neque
 tauit pestis eos esse eiusdem corporis membra
 cum eodem capite, idest cum Romano Pontif
 iungerentur. In agrotis porro visitandis, rit
 uandis extitere aliquot exempla, quæ fuerunt
 gijs similia. Hæc ego leuiter, vt quodque
 obijciat ante oculos, nullo ordine percurram.
 supra biduum caruerat cibo sensuq. sed cum
 uenisset unus e nostris, atque hominem inle
 quasi excitus esset e somno, redijt uox intercep
 facta postmodum confessione, conualuit. Pod
 ter laborabat, atque ardebat doloribus acerrim
 dem remedio sanatus est. Quid? quod multi dan
 rent animam, sacro peruncti oleo, pristinam uita
 nem receperunt? Phrenetica quædam mulier

demq.
 dam e n
 & mor
 dem ber
 specta
 posti pu
 ita insa
 re pat
 victa m
 esset co
 Atqui
 artifex
 fligijs.
 se vide
 admod
 luntar
 enim p
 dens v
 Diuini
 ne ad s
 duo m
 quod
 quod e
 caret
 tu car
 verbe
 consil
 hoc ar
 mus
 oculi

demq. horrendis uisis exagitata, in aduentu cuiusdam e nostris ad sese redijt. nec mora. facta confessio & morbo corpus, & animum terrore liberauit. Eodem beneficio confessionis puella una ab se remouit spectra, quibus admirabilem in modum uexabatur, post pudicitia naufragium. At alia quaedam vi morbida insaniens, ut accepto uerū, neminem ad se accedere pateret, nisi si confodi uellet, sacerdotem iādem uicta multorum precibus accersit: apud quem cum esset confessa, tranquillissimo animo concessit naturæ. Atqui magnis utitur demon, ut est mirus nocendi artifex, quibus infatuet animas atque illaqueet, præstigijs. Huic quoque malo subuenit confessio. Dabat se uidendum mercatoris specie cuidam viro in tenui admodum re familiari. hortabatur hominem, ut uoluntaria morte effugeret uitæ durioris angustias. sic enim. prouorem fore ad Cælites uiam. elusit uir prudens veteratoris fallacias, tum quidem inuocatione Diuini Numinis: deinde uero, omnē similitudinem, ne ad se aspirare posset, confessione occupauit. In assiduo merore erat muliercula, & squalore deformi, tū quod mors orbauerat eā filio, subsidio senectutis, tū quod eius uir. ære oppressus alieno, quomodo se explicaret nō habebat: lucē tantum fugiēs, et publicū, metu carceris, miseræ uxoris aures perpetuo conuicio verberabat. Hæc igitur dolore atrox, omnis expers consilij, nec capax consolationis, iacebat. afflictā. In hoc angore animi, cum aliquando quadam in parte domus cum cogitatione defixisset obtutum, conuersis oculis præter ostium, sublatum brachium manumq.

Ad aspectat

aspectat tamquam hominis amice inuitantem
 deret, simulque audit vocem. Huc ades, ac me
 re: ostendam tibi filium tuum. Hic illa, ut sunt
 in calamitate mortalium animi, habuit fidem
 vocis incertae: sequitur ducem, quem non videt
 duceretur ignara. Post paulo se aduertit periculi
 in stabulum. Hic cum dolor et furor ademisset
 partes mentis, religat e trabe restem, collam
 queum insertat: iamque corpus suspensio de
 sed, ecce tibi, summo Dei beneficio, uir eius in
 dum incidit spectaculum: at currit, completum
 dum laxat: cervicem exoluit: & blande eam
 tus, acciri sacerdotem iubet: qui opportuna
 orationis, tum deinde sacrae confessionis, som
 lius adibus, eo die, eoque qui consecutus est, in
 ita mitigauit agram, ut dolorem omnem ab
 rit. Hac fere de morbis. Iam de corruptis
 qui meliores facti nostrorum medicina, per
 cantur. Tres, qui erant inanium opinionum per
 tione decepti, reducti ad fidem. frater a fratre
 tre filius, dissidentes odijs teterrimis, recurre
 hoc maiore omnium gratulatione, quo res ter
 uioris periculi, & turpioris exempli. Duo item
 bus iam iamque erat ex mutua prouocatione
 ri certamine de uita dimicandum, imminet
 pace mutarunt. Aliquot virorum mulierumque
 nes coercita. confessiones quamplurimae genera
 dita. Concludam iam de Collegio Augensi nar
 ne facti, quod, praeter cetera, ut re ipsa fuit, ita
 dictu, erit audituque mirabile. Nauta quidam
 700

voto peregrinationis ad duo templa, vim tempestatis effugit. quo adhuc nō reddito, obliuione credo, quod se gnus bona homines, quam mala sentimus, excessit e vita, relicta domi vxore, cum filiabus geminis, ac fratre germano. Nec paulo post infestari cœpta domus nocturnis imaginibus: quæ vni primum, deinde alteri puellæ formidine, atque insomniâ mortem attulerūt. His extinctis, in fratrem conuersa vis monstri. Hic igitur cum partem nullam caperet nec diurna, nec nocturnæ quietis, alieno doctus malo, apud nos confessione purgatus, panemq; refectus cœlesti, iussus est, si tatra imago se rursus obijciat, querere ecquid vellet. fecit quod erat admonitus. respondit larua, duplicis se illius voti religione teneri. Suscipit frater vicariū iter pro fratre defuncto, quem tamen ducem videbatur additum & comitē habere: quin nonnumquam ea mole insidentem in ceruicibus, vt fere opprimeret. quod si itinere fatigatus, fessus onere, madens sudore, substitisset, abstergi se sentiebat: tum vero stimulari cunctantem. Difficilior fuit peregrinatio posterior, propterea quod & premi validius, & vrgeri grauius visus: vt vel ex eo intelligeret, illum iā extremo proximū termino, quo & voto solueretur, et supplicio: vel pœna torqueri acerbioze, vel vehemētiore cupidine. Peruenit denique eo, quo proficiscebatur sub noctem, ad cauponem diuertit. nondum mane illuxerat, cum magno impetu pandi sentit fenestras cubiculi, foresq; recludi, quæ fratrem admissurum intrantem: iamq; vt erat minime patiens ad moræ tedium, ad templum ire compellentem. It ad sa-

cram eodem fratre praeunte. adit sacerdotem
 qui damnatus erat, voti veniam flagitat genitum
 Interea videt se inter ac presbyterum inter
 fratrem, sanctaeque beneficium indulgentiae ex
 te suppliciter, atque humiliter excipientem. Qu
 tus tandem, egredienti sese alacer ac letus r
 offert, gratesque non semel, sed iterum ac terio
 rum demum se post multorum perpeffionem
 capeffere testatus in calum uiam, sublimis ab
 profecto haud scio an admirationis plus hab
 quam fidei, nisi accepta fuisset a nostris. qua
 uisus Deus, non esse sibi gratam negligentiam
 di uota, quae ab hominibus nuncupantur. Nunc
 dam a Francia: sed adda prius haec pauca, qu
 niam accepimus pro accessione, in extremum
 conijcienda fuere. Tres missi sacerdotes in So
 cum uno candidato Societatis: ut aliquid labo
 eam conferrent. De quibus haec narravit Ep
 Hibernensis: eorum hortatu effectum ut ad So
 tum. Confirmationis accesserint mille. Alius
 lis, Sacrum quod fiebat, concelebratum ab
 bus nobilibus quadringentis. Ad Principem
 sum parabat unus uiam, euocatus ab illis, qui
 ei arcanorum participes: sed motus bellici impedi
 profektionem. In Angliam postremo hoc anno
 contendit, ut caueretur Catholicis, quibus cap
 paena est, si Iesuitam non solum recipiant testis
 gnentur congressu, atque adeo consalutatione: qu
 ignoto redditur. Duobus e nostris, qui comp
 tenentur in carcere, per nouam quotidie tentam
 perpe

perseuerantia, maior additur materia patientia, & causa gloria. Tertius adhuc ad necem & vincula omni ratione perquiritur.

PROVINCIA LVGDVNENSIS



SEPTEM Collegia continet Lugdunensis Prouincia. eam incolunt nostra Societatis homines centum octoginta septem. Turnonense incoluerunt superiore anno sex & triginta. Altero triginta tres. Auenionense nunc vnus & triginta: paulo ante triginta nouem. Diuionense & Dolanum viceni. Camberienfe dudum tredecim: postmodum viginti. Lugdunensis, & Billomensis numerum auxerunt minueruntq. Nouitij, siue accedentes, siue recedentes. Anno enim priore, quo Billomi erant, Collegium incolebant triginta sex: iam vero, sex & viginti. Anno posteriore Lugdunum translati, effecerunt numerum septem & triginta: cū antea incolerent Lugdunense viginti tres. Desiderati toto hoc tempore octodecim. Additi viginti quattuor.

COLLEGIUM. LVGDVNENSE

QVO TEMPORE LVGDVNI pestilentia multos hausit mortalium, etsi acciti a

Aa 3 quam.